



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

21. Maij. 2. Cal. Junij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

*clum nostræ devotionis affectibus, in
sua nos recipiunt viscera, quoties di-
gna eos intentione pulsamus.*



21. Maij, 12. Cal. Junij.

Floruit B. JOANNES, Dulcis memoriæ Pri-
anno or Clarævallis; Paternarum tradi-
1172. tionum tam diligens æmulator; ut ve-
rè non alio, quàm sanctorum Funda-
torum primævo spiritu, vivere crede-
reris. Paupertatis amorem, ut omnia
Obser- alia, ita maximè vestimenta prodebāt;
vantia quibus non nisi centonis in modum
verè pannosis uti gaudebas. A divinarum
stricta. laudum decantatione nulla te separa-
bat infirmitas: quæ licet te frequenter
incederent; nunquam tamen persuase-
runt, ut curandæ sanitatis causâ pe-
dem Infirmatorio inferres. Ad manu-
um laborem dux eras ex munere, & o-
mnium exemplar ac stimulus indefef-
so fervore. Tandem fatali morbo, &
obedientia cogente ad Infirmatorium
deportatus, assueti nihilominus rigo-
ris tenax, ne minimum corpori leva-
mentum in melioribus cibus, aut mol-
liori strato indulgisti: hanc unam seve-
ritatis tuæ rationem assignans: non
commis-
sissu-

commissurum te, ut malignus hostis
 coram DEO Judice ullius remissionis
 te possit coarguere: insigni purissimæ
 conscientiæ argumento, hunc unicum
 nævum metuentis, quem alij vel inter
 virtutes numeravissent. *Si anima ver-*

*Consci-
 entia
 teneri-
 tas.*

mibus in escam cederet, & caro mori nesci-
ret, aqua videri possêt diligentia fovendi
corporis, & negligendæ animæ. Sed aliter
sentiendum & agendum esse, præter expe-
rientiam manifestam, tuum utique exem-
plum mihi persuadebit.

*Curâda
 falus
 animæ.*


B. JACOBE de Rupe: qui secun-
 dùm Fuliensium constitutiones aspe-
 ram vivendi methodum sectatus, du-
 plicem de mundi vanitate triumphum
 duxisti: dum generis splendorem juve-
 nis, & postmodum oblatos Infularum
 honores contempsisti. Cordi erat in-
 terea unus supremi Numinis honor;
 à quo per Verbi divini prædicationem
 promovendo solum denique mortis
 imperium avocavit. *Doce me hæc vana*
& transitoria verè despicere, faciliùs
nihius profectò illa abjecturum, quàm
relicturum, quando è manu vel in vii ra-
piuntur.

*Contē-
 ptus
 mundi.*

S. BERNARDUS, ser. 61. in Cant. *Vanitas*
Anceps est, & caducum terrenum rerum
omne. Conversatio nostra in cœlis sit: terre-
narum.

394 ANNI CISTERCIENS.

& nec cadere, nec dejici formidabimus. In caelis petra, in illa firmitas atq; securitas est.



22. May. II. Cal. Junij.

Circa **B.** HELSUINDIS, nobilis Patricij
annum Aquensis filia: quæ invitis paren-
1201. tibus suscipiendi Ordinis Cisterciensis
avidâ, adhuc parvula per culinæ fene-
stram in monasterium S. Salvatoris
irrepisti: nec alia conditione revocan-
Vocati- tem matrem ad domum paternam se-
onis di- cuta es, quàm accepto promisso non
vina denegandi post mensem reditûs. Sed
modi cùm ficta identidem procrastinatione
variij. deludi te cerneret; clam aufugiens, eâ-
dem, ut priûs, januâ aditum invenisti.
Quamvis autem parentes te per vim
denuo reduxerint, importunis tamen
precibus desideratum eorundem con-
sensus impetravisti; gratulantium si-
bi cum temporis decursu, cùm nempe,
translato ad Porcetum cœnobio, in
celebri sanctimonix laude florentem
loci illius Abbatissam aspexerunt. *Hic*
Divinae providentiae mos est, suis adesse,
cùm ab auxilijs humanis deseruntur. Tu
ora, ut licet malignus ob peccata mea mihi
persua-